











# Gospel for the Fourteenth Sunday After Pentecost


Tonus antíquior

**D**  Ominus vobíscum. R̄. Et cum spí-ritu tu-o. V̄. Sequénti-a Sancti  
 Evangé-li-i secúndum Matthæ-um. R̄. Glóri-a tibi Dómine.


**I**  -n illo témpore: Dixit Jesus discípu-lis su-is: Nemo potest du-óbus  
 dóminis servíre: aut enim unum ódi-o habébit, et álterum dí-liget: aut  
 unum sustinébit, et álterum contémnet. Non potéstis De-o servíre, et  
 mammónæ. Ide-o dico vobis, ne sollí-ci-ti si-tis ánimæ vestræ quid man-  
 ducé-tis, neque córpori vestro quid indu-ámini. Nonne ánima plus est  
 quam esca: et corpus plus quam vestiméntum? Respí-ci-te vola-tí-li-a  
 cæli, quóni-am non serunt, neque metunt, neque cóngregant in hórre-a:



et Pater vester cælestis pascit il-la. Nonne vos magis pluris estis illis?




Quis autem vestrum cógi-tans potest adjícere ad statúram su-am cúbitum



unum? Et de vestiménto quid sollí-ci-ti estis? Consideráte lí-li-a agri,



quómo-do crescunt: non labórant, neque nent. Dico autem vobis, quóni-am




nec Sálomon in omni glóri-a su-a co-opértus est sicut unum ex istis. Si




autem fœnum agri, quod hódi-e est, et cras in clíbanum míttitur, De-us




sic vestit: quanto magis vos, módicæ fíde-i? No-lí-te ergo sollí-ci-ti esse,



dicéntes: Quid manducábimus, aut quid bibémus, aut quo operi-émur?



Hæc enim ómni-a gentes inquí-runt. Scit enim Pater vester, qui-a his



ómnibus indigé-tis. Quæri-te ergo primum regnum De-i, et justí-ti-am



ejus: et hæc ómni-a adjí-ci-éntur vobis.